UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Archontio. 399.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

καὶ οὐδὲν αὐτὴν εἶναι ἡγησαμένους. πῶς οὖν τις τοσούτοις πάθεσιν ἓν προσενέγκῃ φάρμακον; πῶς δὲ θεραπεύσῃ, τῶν αἰτιῶν ἐξ ἐναντίων παθῶν φυουσῶν; οὐκοῦν ἔφην πρὸς ἐμαυτὸν, ὃ καὶ πρὸς σὲ νῦν φημὶ, ὅτι εἰ μὲν σὺ μόνος ἀποτυγχάνειν ἔμελλες, ὀκνεῖν ἐχρῆν, εἰ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ηλίας καὶ Ιωάννης, οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες, οὔτε συμβουλεύσαντες, οὔτε παῤῥησιασάμενοι ὤνησαν ἐκείνους. οὐ μὴν τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς χεῖρον διέθεσαν, χρὴ τῇ μὲν παῤῥησίᾳ μιγνύναι τὴν προσήνειαν· τῇ δὲ θείᾳ δεξιᾷ ἐπιτρέπειν τὴν ἰατρείαν· τὰ κακὰ γὰρ ἴσασι πάντες ἄνθρωποι σχεδὸν ἀφ᾽ ἑαυτῶν· τὰ καλὰ δὲ, οὐδὲ παρ᾽ ἄλλων ἀκούοντες, μαθεῖν ἐθέλουσιν.

pro nihilo putarunt. Quonam igitur modo quiſpiam tot morbis vnum remedium afferet? quonámque modo eos curabit, cùm cauſæ ex diuerſis affectionibus oriantur? Ergo, ad meipſum dixi, id quod etiam nunc ad te dico, Si tu ſolus futurus eſſes, qui operam luderes, cunctari, atque id munus defugere oporteret. Cùm autem & Moſes, & Elias, & Ioannes, pij ac Deo chari viri, neque conſilio, neque libera reprehenſione illos iuuerint, nec tamen propterea ſuis rebus deteriùs cõſuluerint, ſermonis quidem libertati ſuauitatem admiſcere oportet, diuinæ autem dextræ ſanationem permittere. Mala enim propemodum ex ſeipſis omnes homines norũt: bona autem, nec ab aliis quidem audientes, addiſcere in animum inducunt.

Αλυπίῳ. τϟη.

Καταβολὴν, ὦ βέλτιστε, ἀργυρίου λέγει, τὴν τῶν θείων γραφῶν διδασκαλίαν. τόκον δὲ ἀκροάσεως, τὴν τῶν ἔργων ἐπίδειξιν. ὄφελος γὰρ οὐδὲν ἀκροάσεως, ὅταν ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις μὴ συμβαίνει τοῖς λεγομένοις· ὅτι δὲ τοῦτ᾽ ἐστιν ἀληθὲς, τιμωρία ἕπεται τῷ μὲν διδάσκοντι καὶ πράττοντι, εἰ μὴ καὶ φράσειεν· τῷ δὲ ἀκούοντι, εἰ μὴ καὶ πράξειεν.

Alypio. 398.

Pecuniæ numerationem, vir optime, diuinarum Scripturarũ doctrinam ac præceptionem appellat: auditionis autem fœnus, operum demonſtrationẽ. Nihil enim vtilitatis ex auditione percipitur, cùm operum demonſtratio cum iis quæ dicuntur, non concurrit. Quòd autem hoc verum ſit, hinc conſtat, quòd docentem quidem & facientem pœna ſequitur, ſi non etiam loquatur: audientem autem, ſi non etiam faciat.

Αρχοντίῳ. τϟθ.

Καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκω, ἔφη ὁ ἀπόστολος, τῷ πρὸς τοῦτο παρεσκευάσθαι. ὁ γὰρ παρασκευαζόμενος εἴς τι, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ αὐτὸ ὑποσταίη, ὑφίσταται τῇ προσδοκίᾳ καὶ τῇ προθυμίᾳ. ἀπὸ γὰρ τῶν ἐπιχειρημάτων, οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τὰ πράγματα, ὡς τὰ πολλὰ, κρίνεται, ἀπὸ τῆς γνώμης, οὐκ ἀπὸ τοῦ τέλους ὁ στέφανος πλέκεται. εἰ δὲ καὶ ὅτι κινδυνεύουσιν οἱ ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας, λέληθε τοὺς πολλοὺς, ὅτι τῷ κόσμῳ ἀποθνήσκουσι, διὰ τοῦ νεκροῦν τὰς ἡδονὰς, ἐπίστησον. ἐκεῖνο μὲν γὰρ πιθανώτερον, τοῦτο δὲ πικρότερον.

Archontio. 399.

Quotidie morior, ideo dixit Apoſtolus, quòd ad id paratus eſſet. Nam qui ad aliquid paratus eſt, & ſi reipſa id non ſufferat, expectatione tamen animíque promptitudine id ſuffert. Siquidem res à conatibus plerunque, non ab effectibus iudicantur: atque ab animi ſententia & voluntate, non à fine, corona nectitur. Num autem etiam, quia, qui philoſophiam rectè capeſſunt, periclitantur, ignorant plerique eos mundo mori dum voluptates morte afficiunt, animaduertas velim. Illud enim probabilius eſt: hoc autem amarulentius.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN